

*B. N. 7518.  
h. 62, 8.*

*X 24 00126*

II k  
2604

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA

DE

ORIGINE AC IURIBVS  
SOCIETATIS METALLICAE

Gewerkschaft

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

PRO SVMMIS

IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

OBTINENDIS

DIE XXIV. SEPTEMBR. A. MDCCLXXVIII.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

SVBMITTIT

GOTTLOB FRIDERICVS SCHMIDT

ADVOCAT. IMMATICVL.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEIMII

BIBLIOTHECA  
UNIVERSITARIA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE

1774  
1774

INSTITUTO ENCYCLOPÆDICO

OMNINE AC PARSIVS  
SOCIETATIS

ACADEMIAE

PHILOSOPHICÆ  
ET LITTERARIÆ

IN URBE  
BEROLINENSIS

ANNO  
MDCCLXXIV

APRILIS



# CIRCUMSPECTVS TOTIVS OPERIS.

## CAP. I. *De Origine cultorum metallifodinarum in Germania.*


- §. 1. De cultura metallifodinarum antiquissimo aevo, et imprimis apud Athenienses.*
- §. 2. De modo et ratione colendi metallifodinas apud Romanos.*
- §. 3. Origo exercitorum metallifodinarum est procul dubio ex moribus Germanicis colendi fodinas deriuanda.*

## CAP. II. *De iuribus cultorum metallifodinarum.*

### *Membrum I.*

*De generalibus a quo et quomodo haec societas initur, atque singularibus contractus metallici.*

- §. 1. De libertate investigandi metalla, iuribus primi inventoris, Societate metallica, Gewerkschaft und Lehnenschaft, et qualis societas metallica possit dici Gewerkschaft und Lehnenschaft.*
- §. 2. De divisione partium metallicarum atque origine vocis Kup.*
- §. 3. Quis metallicam societatem inire potest, et quis prohibetur.*
- §. 4. Quomodo contractus principalis inter investiendum den Muther eiusque socios cum domino territoriali initur.*
- §. 5. De contractibus accessoriis, qui ineuntur inter investitum Lehnräger atque socios, quos sibi adiungit, et inter investitum Lehnräger eiusque socios cum domino fundi.*
- §. 6. Ad quale genus contractus et negotii tam contractus principalis quam accessoriis in §. 4. et 5. explicati sunt referendi.*



*Membrum II.*

*De iuribus personalibus.*

- §. 7. *De iuribus personalibus societatis metallicaе, quae cuilibet societati et universitati sunt communia.*
- §. 8. *De iuribus personalibus societati metallicaе propriis.*

*Membrum III.*

*De iuribus realibus.*

*Sectio I.*

*De iuribus in re.*

- §. 9. *De dominio cultoribus competente.*
- §. 10. *De Servitutibus.*
- §. 11. *De iure pignoris et hypothecae.*
- §. 12. *De iure haereditatis.*
- §. 13. *De iure possessionis.*

*Sectio II.*

*De iuribus ad rem.*

- §. 14. *De obligationibus cultoribus metallifodinarum ex lege competentibus.*
- §. 15. *De obligationibus ex licitis factis orientibus, de emtione venditione partium metallicarum et proxenetis metallicis Kurfürstlern, qui ibi adhibentur, et de locatione et conductione fodinarum.*
- §. 16. *De obligationibus ex factis illicitis.*

*Membrum IV.*

*De actionibus quae metallifodinarum cultoribus competunt, et quomodo ille contractus solvitur.*

- §. 17. *De actionibus quae cultoribus metallifodinarum competunt.*
- §. 18. *Quomodo societas metallica solvatur.*

Quum



Quum in praesenti necessitas flagitaret, tractationem iuridicam explicandi: amore patriae abreptus, partim materiam iuris Germanici nonnullis vilo modo vtilem, partim talem quae adhuc a nemine ex professo proposita esset, eligendi operam dedi. Sum enim memor dicti, tutius per plana sed humiliter et depressius iter; frequentior currentibus quam reptantibus lapsus, sed et his non labentibus nulla laus, illis nonnulla laus, etiam si labantur. \*) Quis vero ignoret? quantum commodum et quam insignem vtilitatem patria ex metallifodinis Mansfeldensibus cum olim hausit, tum in praesenti adhuc percipit. Quam ob causam nulla materia opportunior nulla acceptior mihi visa est, quam si inquirerem de origine et iuribus foecieratis metallica.

\*) Plinius lib. IX. epist. XXVI.


## CAPVT I.

### *De origine cultorum metallifodinarum.*

#### §. I.

Sicut antiqua historia in genere, sic etiam imprimis antiqua metallifodinarum historia est incerta, manca et fabulosa. Regula iuris naturalis, res nullius cedit occupanti, procul dubio primis temporibus valuit, et quilibet in suo fundo occupato metallifodinas pro lubitu omni canone aut aliis oneribus liberatus potuit colere. A despotia nondum

*Cultura metallifodinarum antiquissimo aevo.*




*imprimis apud Athenienses.* principi erant tributa, atque ius colendi metallifodinas tunc minime pertinebat ad regalia. Quamvis vero vestigia ad sint rebus metallicis Atheniensibus, magistrum montium praefuisse, minime vero culturam metallifodinarum plane arbitrio privatorum esse omissam nihilominus nullius societatis metallica hodiernis exercitoribus metallifodinarum similis fit mentio. Omnia autem a codice sacro vel ab aliis scriptoribus de origine, progressu et incrementis metallifodinarum tradita tanquam ad meum scopum non pertinentia hic lubenter silentio praetereo, sed lectorem remitto ad alios scriptores

- 1) Baussen Inst. iur. Metallici Cap. I.
- 2) Juristisches Dracul 3. Band p. 351. quo eadem materia, more consueto iisdem verbis est repetita. Albini Meißnische Berg-Chronike Cap. VI. p. 51. sqq. I. F. Klozsch. Tract. von Ursprung der Bergwerke in Sachsen. Otia metallica. P. I. II, III.

## §. II.

*Cultura metallifodinarum apud Romanos.*

Eodem modo erant metallifodinae ab initio Romanae reipublicae in patrimonio privatorum, inde maritus compete-  
 rebat ususfructus in fodinis uxorum <sup>1)</sup> nec fodinae pupillo-  
 rum a tutoribus alienari, vel ususfructus illarum ipsis detra-  
 hi, aut servitutibus aliisque oneribus gravari poterant, <sup>2)</sup>  
 multo magis quilibet poterat secundum libertatem natura-  
 lem in suo fundo sine consensu principis metallifodinas co-  
 lere: sequentibus temporibus Romanorum censores paula-  
 tim perspiciebant, quantam utilitatem fiscus ex redditibus  
 metallifodinarum haurire possit, inde metallifodinas oneri-  
 bus publicis subiecerunt, <sup>3)</sup> quorum exemplum Imperato-  
 res Romani sequuti sunt, immo postea ipsi imperatores in  
 locis publicis et potissimum quidem, ut videretur in provin-  
 ciis bello quaesitis metallifodinas colere coeperunt, quid-  
 quod a Romanis Imperatoribus missi proconsules uteban-  
 tur


 rur militibus in pace otiosis ad opus metalli, <sup>4)</sup> qua occasione orta est distinctio, inter fodinas fiscales et privatas. Imprimis vt istae fodinae eo diligentius colerentur, mittebantur in illas damnati ad metalla, quae poena a Iustiniano <sup>5)</sup> rursus est sublata. Nec magis apud alios populos cultura metallifodinarum plane neglecta est, nullibi vero reperiuntur indicia societatis cultorum metallifodinarum, quae haberet aliquam aequalitatem cum hodiernis cultoribus fodinarum. Nolo igitur fata metallifodinarum copiosius tractare, sed scopo proposito, proprius accedam, interim legi merentur. <sup>6)</sup>


*Distinctio inter fodinas fiscales et privatas.*

- 1) l. 7. §. 14. ff. soluto matrimonio dos quemadmod. pet.
- 2) l. 3. §. 5. et 6. ff. de rebus eorum, qui sub tutela.
- 3) l. 4. §. 7. ff. de censibus l. 13. p. et §. 1. de public. et vectigal.
- 4) Eisenhardt in tract. de regali iure metall. Cap. II. §. 23.
- 5) Nov. 22. de Nuptiis Cap. 8.
- 6) Bausen inst. iur. Metall. Tit. I. Cap. II. III. et IV.  
 Leisleri Iur. Georgicum Lit M. Cap. XXIV. §. 2. vsque ad §. 6.  
 Jargow Einleitung von der Lehre von den Regalien Lib. II. Cap. III.  
 §. 1. 2. 3.  
 Schorch Progr. de conditioe, statu et iuribus metallorum apud Romanos.

### §. III.

Quam primum cultura metallifodinarum in Germania imprimis post interitum Imperii occidentis vlla cepit incrementa, semper cultura metallifodinarum ad regalia est relata, moresque Germanici praevaluerunt iuribus Romanis, Carolum M. et sequentes imperatores usque regale metallifodinarum ad status imperii pervenit hoc ius exercuisse aliosque illis investivisse satis citati auctores <sup>7)</sup> explanarunt. Sic imprimis Imperator Fridericus II. Serenissimae domui ducum Brunsvicensium ac Lüneburgensium idem regale ius in metalla concessit Eisenhardo teste <sup>8)</sup> cui igitur nolo amplius inhaerere. Praesertim Imperator Fridericus I. argentarias

*Cultura metallifodinarum apud Germanos.*



tarias regalibus expresse adnumeravit. 3) Sequentes Imperatores suis iuribus parum intenti, status imperii ius regale fodinarum exercere vi superioritatis passi sunt, quod Carolus IV. postea per auream bullam 4) Electoribus expresse confirmavit, reliquis vero, Statibus imperii per Recessus Imp. 5) tributum est. Quia vero tam permagnae et saepissime dubiae impensae cultui fodinarum sunt faciendae, quam proventus et reditus illarum frequenter dubii incerti ac exigui sunt, immo impensae haud raro proventus superant, inde evenit ut principes lubenter secundum ordinationes metallicas privatis culturam metallifodinarum exercere permiserunt, sibi vero iura regalia reservarunt. 6)

*ius regale metallifodinarum est Electoribus concessum.*

*deinde quoque reliquis Germaniae principibus.*

*Origo exercitorum metallifodinarum.*

Ab hac periodo procul dubio origo exercitorum metallifodinarum est derivanda, inde me vertam ad Caput secundum.

- 1) Zargow von Regalien Lib. II. Cap. XXIV. §. 7. Eisenhardt de regali iure metallifodinarum Cap. II. §. 24. usque 32. Hornii Tract. von den Regalien bey Bergwerken. §. 10.
- 2) Eisenhardt Tract. cit. Cap. II. §. 37. in media illius Parte. Fodinae Freybergenses nunquam arbitrio imperatorum subfuerunt. Hornii tract. cit. §. 13. et Stoer commentatio de privilegio metallifodinarum §. 5.
- 3) II. feud. 56.
- 4) Tit. 9.
- 5) Recess. Imp. 1541. §. 63. dieweil wir. 1548. §. 41. und wiewohl. et 1551. §. 56. Nemlich, als: §. 48. weiter so. Omitto hic utrum ipsa cultura fodinarum, an solummodo iura principis circa metallifodinas sunt regalibus admuneranda.
- 6) In Const. 53. P. II. ab ipso Electore Augusto sunt thesauri metallici in numerum regalium relati.

CAPVT



## CAPVT II.


*De iuribus exercitorum metallifodinarum.*

## MEMBR. I.

*De generalibus, quis et quomodo haec societas initur atque singularibus contractus metallici.*

## §. I.

**E**x superiori paragrapho constat, culturam metallifodinarum grandes sumtus impensasque requirere. Quam ob rem si in territorio indicia et vestigia metallorum reperiuntur: principes plerumque ex publicis edictis vel alii ad quos princeps hoc regale sub certis conditionibus, aut titulo feudi transtulit<sup>1)</sup> cuiuslibet concedunt libertatem illa investigandi (ein freyes Schürfen)<sup>2)</sup>. Quae libertas, licet domum vel praedium alterius ingredi non liceat invito domino, ob publicam utilitatem aut ex ordinationibus metallicis aut consuetudine tantum habet favorem<sup>3)</sup> ut in fundo, quin in ipsis aedibus alterius quilibet possit investigare dummodo parcat loco, ubi mensa, lectus et focus positus est, quod iam ius Romanum statuit, nec minus agris confitis, nemini vero sub poena 20. marcarum hanc libertatem restringere licet.<sup>4)</sup> Detecta vero vena nihil iuris in ea habet inventor, nisi petat ea se a magistrato montium, **Bergmeister**, aut alio cui princeps hanc potestatem concessit, investiri et revera investiat.<sup>5)</sup> Licet hac praerogativa gaudeat, ut si forte alius inventorem praeveniat, inuestituram petendo nihilominus semper est potior inventor iuxta vulgatum, *der erste Finder ist auch der erste Muther.*<sup>6)</sup> Post impetratam investituram est positum secundum per multas ordinationes metallicas, in arbitrio investiti (*Aufnehmers, Lehenträgers*) utrum solus culturam et impensas metallifodinarum




narum suscipere, an alios in societatem recipere velit. Priori casu vocatur (*Eigenlehner*). <sup>7)</sup> Posteriori vel cum 3. 4.<sup>8)</sup> usque 8.<sup>9)</sup> membris iniri societatem, tunc vocantur focii (*Gesellschaftlehner*) in concreto *Lehnschaft*. Talis societas, quia ad ruinam fodinarum pertinet, imprimis in maioribus metallifodinis, est in nonnullis regionibus e. g. in ducatu Brunsvicensis ac Luneburgensis metallifodinis, per ordinationes metallicas prohibita. Si quidem fodinae solummodo ad lucrandum tumultuatim et praecipitanter minime vero satis utiliter et frugaliter coluntur. <sup>10)</sup> Deinde si paucius onus sumtuuum impensarumque ferre debeant illud iusto gravius, quod e contrario inter multos partitum leviter vel plane non sentiunt, inde huius oneris partaesi omnem fodinarum culturam negligunt illorumque haeredes nolunt iterum tam titubans negotium tentare, alii vero horum exemplo deterriti eiusmodi societatis participes esse semper recusant. Vel focii numerum octonarium superant ibi nominatur societas (*eine Gewerkschaft*) est igitur societas atque universitas membrorum octonarium numerum superans, inita ut secundum leges principis post impetratam inuestituram symposium (*eine Zeche*) colant, ac omnes proventus perceptos pro rata communiter cum dividunt tum eadem proportionem impensas et symbolas (*Zubusse*) conferant, membra talis societatis sunt (*die Gewerken*) vi ordinat metallica Hungaricae nominantur *Waldbürger* <sup>11)</sup> Etymologiam huius vocis derivavit Baußien <sup>12)</sup> von *steten wärken und bauen*, quod colunt in montibus. Regia ordinatio metallica Wenceslai <sup>13)</sup> dividit *die Gewerken* in tres species, prima est illa, quae fodinis colendis investitur illa vocatur *Haupt. Gewerken* altera species, quae a prioribus iterum subinvestitur audit *Lehnhauer*, tertia, quae a dictis *Lehnhauers* iterum fodinas sub certis conditionibus accipit appellatur *Affter-Gewerken*

definitio societatis metallifodinae.

werken, et sic porro quae diuisio hodie erit inutilis et contra principia regalis metallici. Vna quaestio adhuc addenda est, an quaelibet societas quae metallifodinas minerasque colit, possit nominari *Lehnschaft*, aut *Gewerkschaft*. Ni fallor, regulam iuris in hoc argumento sic esse formandam.

Vnaquaeque societas exercitio metallifodinarum et minerarum destinata in dubio audit secundum diversum numerum membrorum *Lehnschaft* aut *Gewerkschaft*, nisi aliud nomen consuetudine et iure metallico est introductum, e. g. in Salinis Hallensibus, vbi societas colens Salinas, dicitur *Wfännerschaft*, et membra illius *Wfänner*, <sup>14)</sup> *Wfanne* vero est pars ex toto, sicut portio in aliis metallifodinis dicitur *Suy*, haec obiter. <sup>15)</sup>

- 1) Triebels Betrachtung, wie ein Bergwerks Eigenthum zu erlangen und zu erhalten sey. p. 16. et 23.
- 2) Seckendorffs Teutscher Fürstenstaat Cap. III. Sect. 1. §. 3.
- 3) Sixtinus de regalibus Lib. II. Cap. 16. n. 39.
- 4) L. 6. C. de metallariis et metallis de Schoenbergs Berg-Information sub voce schürfen. Hertwig Bergbuch sub voce Schürfen.
- 5) Hertwig Bergbuch sub voce Muthen und Lehnträger. not. \*
- 6) Eisenhardt Grundsätze der Teutschen Rechte in Sprichwörtern, 3te Abtheilung, Proverb. 18. et 19. p. 203. et 204.
- 7) Ord. Sax. metallica art. 36.
- 8) Schoenberg Bergmannische Redens-Arten addita eiusd. Informationi sub voce Lehen, §. 5.
- 9) Beyer delinea. Iur. Germanici Lib. II. Cap. 4. §. 21. Eisenhardt Cap. III. §. 9. in fine.
- 10) Eisenhardt tract. de metallif. Cap. III. §. 11.
- 11) Hertwig Bergbuch sub voce Gewerken, §. 2. n. \*\*.
- 12) Baulffen instit. iur. metallici Tit. II. Cap. 2. §. 7.
- 13) Eisenhardt tract. cit. Cap. III. §. 10. et Baulffen instit. iur. metall. Tit. II. Cap. II. §. 1.
- 14) Allgemeines Universal Lexic. sub voc. Wfänner.
- 15) Eisenhardt cit. tract. Cap. III. §. 12. in fine. Engelbrecht diff. de iure Salinarum Sect. III. §. 2. Beyer delin. Iuris Germanici Lib. II. Cap. 5. §. 10.



## §. II.

de Divisione  
partium me-  
talliarum.

Quo melius cum proventus lucraque metallifodinae diuidi, tum impensae et symbolae *Zubusse* conferri possint, usu receptum et metallico iure est comprobatum, symposium in centum et viginti octoque partes incorporales intellectuales <sup>1)</sup> diuidi. Quamvis autem in illo centum viginti et octo partium numero ex dispositione iuris metallici debeant contineri aliae tres, quarum una, proventus aerario sacrae aedis, altera civitatis, tertia ptochotrophii infert, nihilominus usu et observantia est receptum, ut hae tres partes plerumque praedicto numero centum viginti et octo partium adiungantur, nonnullibi vero quatuor partes piis causis tribuuntur ut numerus inde ad centum triginta et duas partes crescat. Illae tres vel quatuor partes, quae numero centum viginti et octo partium adduntur sunt omnibus impensis et oneribus immunes <sup>2)</sup> singula pars dicitur *Kux* vel *Kuckus* ab inventore repartitionis <sup>3)</sup> aut ex alia fere ridicula causa teste Eisenhardto <sup>4)</sup> ita dicta, nempe ab inspiciendo, quia illi, qui non satis distincta, rei cognitione est imbutus, in mentem venire possit, metallifodinam in centum viginti et octo cameras, fornices aut foramina diuidi, quae tot *Kuckus* efficiunt, verius a voce Bohemica *Kus*, quae significat partem. <sup>5)</sup>

- 1) Olim Freybergae est symposium in sexaginta quatuor vel sex partes divisum. Hertwigs Bergbuch sub voc. *Kux* §. 5.
- 2) Eisenhardt tract. de reg. iure metallif. Cap. III. §. 6. vsque ad finem.
- 3) Leyseri ius Georgicum. Lib. III. Cap. 24. §. 63.
- 4) Eisenhardt cit. tract. Cap. IV. §. 21. 12. 10.
- 5) in tractatu Ursprung der Bergwerke in Sachsen pag. 55. et in otiis metallicis. P. II. pag. 243. *kucksen* significat theilen.

## §. III.

## §. III.

Quilibet lege vel absolute vel hypothetice non prohibitus potest hanc societatem inire.

1) Lege autem absolute prohibentur a) Iudaei, b) haeretici, c) et banniti, quia illi iure communi non gaudent praerogativis civium et possessione rerum immobilium. 3) Eruenda simul hic quaestio est, an alienae religioni addicti sint partium metallicarum capaces? dubium possit ex hoc argumento potissimum moveri, quia in plerisque provinciis subditi alienae quam dominanti religioni addicti bona immobilia acquirere prohibentur, v. c. in Saxonia Elect. 4) partes vero metallicaes rebus immobilibus adnumerantur, quod in Saxonia Elect. 5) expressè est confirmatum. Bauffen 6) tam ordinationibus metallicis, quae omnibus generatim culturam metallifodinarum permittunt, quam experientia adductus, hanc quaestionem affirmat, quibus argumentis addo, quia cultura metallifodinarum in iure habet magnum favorem et quilibet ad culturam metallifodinarum magis alliciendus quam retinendus est de qua materia plura infra.

2) Hypothetice prohibentur aut quoad omnem acquisitionem partium metallicarum, aut solummodo ad certum numerum partium.

a) hypothetice quoad omnem acquisitionem prohibentur.

1) Infantes et pupilli, 2) mente capti summe ebrii, 3) prodigi sine tutoribus et curatoribus, quia in hoc negotio semper eventuale onus impensarum suscipitur, quam ob causam oportet quemlibet tutorem vel curatorem in hoc contractu id observare, quod in ordinationibus metallicis vel in subsidium iure communi est constitutum; 4) muti, 5) surdi, 6) coeci sine cura-

*Quis societatem metallicam inire potest.*

*1) absolute prohibentur.*

*2) hypothetice prohibentur a) quoad omnes partes metallicas.*



toribus quatenus illi suis negotiis non commode prae-  
esse possunt.

b) quoad cer-  
tum partium  
numerum.

b) hypothetice quoad certum partium numerum prohi-  
bentur:

- 1) Berg Beamten auf ihren Refiren.
- 2) Schichtmeister auf ihren Zechen, non plures  
quam octo metallicas partes 7) sibi suisque acquirere  
possunt.
- 3) de Selchow Elem. Iur. Germ. §. 214. in Saxon. Elect. Resol. a 1716.  
et 1718. I. pag. 377. 380. 397. 399. remouent Iudaeos a possessio-  
ne rerum immobilium.
- 2) qui in Germania sunt illi, qui non sunt additi tribus approbatis re-  
ligionibus. Pax Westphal. art. 5. §. 1.
- 3) Gail de pace publica Lib. II. Cap. XII. n. 3.
- 4) Landtags Abschied a. 1718. I. p. 403.
- 5) Const. Saxon. Elector. const. 25. P. III.
- 6) In instit. iur. metall. Tit. II. Cap. II. §. 2.
- 7) Resol. derer Bergwerks Beschwerden den 7. Nov. 1709. n. 22.

#### §. IV.

*Contractus  
principalis  
nonnullos ac-  
cessorios se-  
cum habet.*

Antequam inquirō, quomodo hoc negotium initur,  
commemorandum est contractum principalem inter investi-  
tum dem Wuther eiusque socios cum domino metallifodi-  
narum territorii initum nonnullos accessorios secum habere.

Nempe investitus sibi alios socios adiungit quibuscum  
coit societatem, et deinde etiam certam obligationem erga  
fundi dominum habet, cui societas ob fundum amissum in-  
demnitatem praestare debet, inde formam singulos contra-  
ctus ineundi breuiter perlustrabo.

*Quomodo con-  
tractus princi-  
palis inter in-  
uestiendū  
dem Wuther  
eiusque socios  
cum domino*

Ex §. 1. Cap. II. constat, inventorem in detecta vena  
nihil iuris habere, nisi ea se a principe vel a magistro mon-  
tium, aut alio cui princeps hanc potestatem concessit inve-  
stiri petat et investiat. Quam ob rem ille, qui fodinam  
socialem aperire satagit pro se suisque quos proxime nomi-

na-

naturus est, a magistro montium sive a senatu praefecturae <sup>territoriali</sup> metallicae (Berg. Amt) vel per schedulam <sup>1)</sup> vel oraliter <sup>inquitur.</sup> investituram petere debet, <sup>2)</sup> deinde etiam fodinae vel symposia quorum investitura petitur, sunt aut recentia aut vetera, id est talia, quae iam ab aliis culta aut non culta sunt.

Per schedulam investitura petitur, si inventor magistro montium illa indicat, se certam fodinam colere illaque investiri cupere. Si investiendus *Muther* magistrum montium non potest invenire, tum teste adhibito schedulam cum sportulis in aedibus magistri montium, illiusque domesticis praesentibus, mensae, imponere vel saltem *einen Bergeschwornen* aut alio honesto viro tradere potest, cum eo effectu, ut tum investiendus alteri, qui postea investituram petit, procedat. <sup>3)</sup> Oraliter investitura per declarationem magistro montium factam petitur, cui petitioni post 3. horas sub poena praerogativae schedula (*Muthjeddel*) addi debet. <sup>4)</sup> Haec dicta quadrant in petitionem investiturae fodinarum quae nondum sunt cultae, in illis vero, quae iam sunt cultae, est aliqua adhuc cautio adhibenda. Symposia *Zechen* vel per totum annum vel solummodo intra brevius tempus sunt neglecta. Priori casu symposia ipso iure pro liberis et novis habentur. Posteriori autem necesse est, ut investituram cupiens *Muther* per duos iuratos *Geschworne* proferat, hanc fodinam incio magistro montium per tria diversa temporis intervalla metallica *Schichten* non esse cultam nec minus ut fodina per totum mensem publice assignatur, ut pristini exercitores *Gewerfen* intra hoc spatium declarare possint, an ius suum in fodina persequi velint, ante lapsum vero mensis non potest investiendus *Muther* culturam fodinae suscipere. <sup>5)</sup> Post aut per schedulam aut oraliter investituram *Muthung* petitam, necesse est ut ipse actus investiturae intra quatuordecim <sup>6)</sup> dies sub poena amissi iuris

ris



ris in fodina inventa 7) rogetur. Quo facto in aedibus praefecturae metallicae investendus *Muther*, praesentibus iuratis *Geschworne* a magistro montium *Bergmeister* investitur a quo in signum impetratae investiturae testimonium noviter investito traditur. 8) Post spatium quatuordecim dierum debent fines fodinae recentis determinari, qui actus ex Lingua metallicorum sicut solemniter vel minus solemniter fit, das *Erbvermessen* oder *Erbbereiten*, vel das *Bermessen* mit *verlorner* *Schnur* dicitur, cuius circumstantiae et solemnitates antigrapho *Gegenbuch* inferi solent. 9)

- 1) Si error in nomine domini, fundi vel fodinae per schedulam committatur, non nocet ut alius, qui postea investituram petit primo inventori praecedat. Hertwig *Bergbuch* sub voce *Muther* §. 9.
- 2) *Baussen* instit. iur. metall. Tit. II. C. V. §. 1. *Eisenhardt* de regali iure metallif. Cap. IV. §. 6.
- 3) *Baussen* inst. iur. metall. Tit. II. Cap. V. §. 1. Hertwig *Bergbuch* sub voc. *Muther* §. 1. not. \* et §. 7.
- 4) Hertwig sub voc. *Muther* §. 5. de *Schoenberg Berg-Information* sub voc. *Muther* und *Lehnträger* §. 5.
- 5) *Baussen* Inst. iur. metall. Tit. II. Cap. V. *Schoenberg Berg-Information* sub voce *fremmachen*. Hertwig *Bergbuch* sub voce *fremmachen*. *Spans Berg-Rechts Spiegel* Part. II. Cap. XII. §. 1.
- 6) De computatione horum 14. dierum vid. de *Schoenberg Berg-Information* et Hertwig *Bergbuch* sub voc. *Muther* §. 8.
- 7) De *Schoenberg Berg-Information* sub voce *Muther* §. 16. *Baussen* cit. loc. §. 1.
- 8) *Baussen* Instit. iur. metall. Tit. II. Cap. V. §. 3.
- 9) *Lobethans* Einleitung zum *Bergwerks-Recht*. §. 27. *Altenbergische Zinnbergwerks-Ordnung*. Art. 1. §. 3. *Cod. Aug. P. II.* pag. 157. et *Schursächs. Berg-Ordnung*. d. a. 1589. Art. 29. et *Tract. Nachricht von Erbbereiten*. Dresden und Leipzig. 1750.

### §. V.

*De contractibus accessoriiis.*

a) *de illo qui inter in-*

Progredior ad contractus accessorios, qui principalem sequuntur.

Investitus *Lehnträger* post impetratam investituram plerumque tanquam primus pararius societatis sibi alios socios





cios adiungit ad onus impensarum levius sustentandum, his aut vendere aut gratis tot partes concedere solet, quot quisque desiderat, ipse vero nullum ius praecipuum habet praereliquis, quod si enim in spem et fiduciam maioris lucri plures metallicas partes sibi retineat, nihilominus tamen pro maiore partium numero simul plus impensae conferre tenetur. 1) Ipsa translatio dominiū utilis in reliquos socios debet sicut etiam in aliis alienationibus auctoritate iudicis et inscriptione in libro publico *Gegenbuch* 2) confirmari, 3) quia omnes exercitores metallifodinarum, qui non reperiuntur in antigrafo *Gegenbuch* pro illis non agnoscuntur. 4)


*vestiturum Lehnträger arque socios quos sibi adiungit initur.*

Investitus *Lehnträger* eiusque socii reliqui fodinam secundum leges metallicas colere debent. §. I. Cap. II. quam ob rem dominus fundi ob fundum amissum indemnitas praestandus. Inde dominus fundi secundum plerasque ordinationes metallicas pro lubitu ex centum viginti et octo partibus vel quatuor partes fodinae suis impensis colere vel sibi unam omnibus impensis liberam et contributionibus solutam *Erbfür* reservare potest. 5) Facta electione flagitat officium investiti *Lehnträgers* ut domino fundi partem haereditariam *Erbfür*, quae semper fundo inhaeret, nec ab illo separari potest 6) indicet, nec minus antigrafo *Gegenbuch* addi illoque confirmari immo omnibus impensis liberam coli curet. 7) Deinde domino fundi competit ius praerogativae ratione *derer Erß Hölleführen*. 8)

*b) de illo, qui inter investitum Lehnträger eiusque socios cum domino feudi initur.*

- 1) Eisenhardt de regal. iure metallifodinarum Cap. IV. §. 3.
- 2) de quo Horn in singulari tractatu egit.
- 3) Eisenhardt cit. loc. §. 4. Hertwig *Bergbuch* sub voce *Gegenbuch* §. 13.
- 4) Hertwig *Bergbuch* sub voce *Gegenbuch* §. 5.
- 5) olim erat decima indemnitaris loco l. 3. C. de metallariis.
- 6) Hertwig cit. loc. sub voc. *Für* §. 15.

7) Hert-



- 7) Hertwig cit. loc. sub voc. Grundherr §. 1. et sub voc. Rur §. 14.  
 8) de Schoenberg Berg-Information sub voc. Erz-Höfshüter.

## §. VI.

*Contractus  
 principalis inter  
 investien-  
 dum dem  
 Muther, et  
 dominum ter-  
 ritorialem est  
 singulare iu-  
 ris Germani-  
 ci negotium.*

Adhuc ventilandum est ad quale genus contractus et negotii quaelibet obligatio in §. 4. et 5. commemorata sit referenda et qualia singularia secum habeat. Contractus principalis inter dominum territorialem et investendum Muther est procul dubio ad singulare iuris germanici negotium trahendus, quia illi <sup>1)</sup> qui hunc ad alium iuris Romani vel Germanici contractum referre volunt, mihi rei nimiam vim adferre videntur. Nam in quibusdam discrepat ab allodiali, feudali, censitico et emphyteuticario contractu.

*Differentiae  
 huius contra-  
 ctus principa-  
 lis a contractu  
 allodiali.*

Ab allodiali potissimum duobus est distincta: 1) Quamvis enim in illo nonnunquam investitura obtineat, veruntamen non est ita absolute necessaria sicut in metallifodinis, quas sine praevia investitura colens, poenae etiam corpus affligenti est obnoxius. <sup>2)</sup> 2) Deinde possessor praedii allodialis non statim privatur fundo ob omissam culturam, qui vero dilatione non impetrata culturam differt, vel plane negligit, vel trimestrem recognitionem non solvit, iure suo excidit, er muß das Feld räumen, oder sein Lehn fällt ins freye.

*a contractu  
 feudali.*

Nec cum feudo, non obstantibus terminis Muthung, Berlehung, Lehn, Lehnträger, convenit, quia essentialia feudi, fides vasallitica servitia et salarium desunt, multo magis promiscue haeredes in partes metallicas succedunt.

*a contractu  
 censitico.*

A contractu censitico differt. Ius censiticum enim est plenum dominium, quod non congrue in iure metallico potest affirmari, quia ius in metallifodina cum propter omissam solutionem trimestris recognitionis Quatember oder Neceß-Geld, tum ob neglectam fodinarum culturam amit-

amittitur, quae omnia plane non cum dominio pleno, multo minus cum iure censitico conveniunt, vi cuius ob neglectam culturam nemo praedio privatur.

Denique contractus metallicus est nullo modo cum *a contractu emphyteuticario.* contractu emphyteuticario comparandus. Nam melioratio ut essentiale in contractu emphyteuticario est necessaria, quae melioratio autem in cultura fodinarum, quamvis contradicat Horn <sup>2)</sup> non apte potest cogitari, quia metalla vel plane non, vel certe post multa secula vix renascuntur <sup>4)</sup> atque inde fere deterioratio adest. Porro cum annuo canone neque, *die Quatember oder Neceßgesber*, et decima domino territoriali solvenda neque laudemium cum exiguo honorario magistro montium solvi solito comparari possunt. Ultimo loco domino territorii non competit ius protimiseos, quod domino directo non potest denegari in emphyteusi, quae omnia egregie explicavit Beyer. <sup>5)</sup>


Qui contractus inter ipsos exercitores fodinae initur proxime accedit societati.

Veruntamen quatuor plane singularia habet, quae ab Eisenhardto et Leifero <sup>6)</sup> commemorata hic repetam.

1) Aliae societates inter duas personas coiri possunt: haec vero non potest non octo personarum numero esse amplior §. I. Cap. II. 2) in societate ordinaria est mensura et modus conferendorum et impensarum arbitrio sociorum relicta. Sed in hoc casu est certa quantitas partium metallicarum uniformium lege constituta, quarum quilibet unam duas aut plures tam ratione lucri quam impensarum suscipere potest. 3) Porro quaelibet societas solo consensu perficitur, in hac vero metallifodinae cultorum consociatione insinuatio actis praefecturae metallica requiritur. §. 5. Cap. II. 4) Denique quamvis in aliis societatibus potissimumabilitas personae respiciatur, et inde morte unius so-

*Contractus accessorius inter ipsos exercitores proxime accedit societati.*

*Singularia huius contractus.*



cii tota societas solvatur, etsi adhuc plures supersint, haec tamen metallifodinae cultorum societas continuatur et in haeredibus sociorum aliisque titulo etiam singulari in eorum loco subvenientibus, in eo autem societas metallica ab aliis societatibus non videtur mihi differre, quod in illa solummodo inpensae, i. e. quae in pecuniarum collatione consistunt, minime vero operae laboresque conferantur, quamvis hoc asserant Eisenhardt et Leiferus, 7) quia hoc plane non repugnat societati si membra illius solummodo pecuniam nullas vero operas conferant.

*De illa obligatione accessoria, quae contrahitur inter dominum fundi et cultores.*

Nunc restat ut inquiram quali negotiorum generi sit obligatio inter dominum fundi et cultores adnumeranda. Horn <sup>8)</sup> defendere voluit, ut illud negotium ad contractus innominatos irregulares sit referendum atque sic dari actionem in factum. Cui opinioni non plane quoad partem omnibus inpensis solutam *Erbfug* possum adscribere, nam in quolibet vero aut quasi contractu est libera voluntas et consensus verus vel praesumptus et fictus necessarius, ille autem in hoc negotio plane deficit, nec potest iuste inde elici, quod lex fingeret, dominum fundi in hunc contractum consentire, propter publicam utilitatem, quia ubi dissensus in tali negotio, quod saepissime accidit, adest, ibi fictus consensus nunquam potest praesumi. Quam ob causam ego quidem arbitror, obligationem domino fundi inhaerentem esse servitutem lege constitutam, quem lex *durch den Erb. fug* indemnem praestare voluit.

Quaeritur quales actiones ex tali negotio oriantur? Respondetur, societati metallicaee contra dominum fundi competit ex iure servitutis actio confessoria utilis, dominus fundi autem potest adversus iniuste et contra leges colentem fodinam, non solum actionem negatoriam utilem, sed etiam ob concessam ex lege partem metallicam liberamque  
illius

illius culturam conditionem ex lege instituire. Nec obstat, quod conditio ex lege sit solummodo actio personalis. Ius vero quod domino fundi competit, ex nullo iure personali, sed potius reali, tanquam fundo inhaerente descendat, quia hic ad obligationem ex lege ortam implendam, minime autem ex fundamento iuris realis domino fundi ob partem metallicam *Erbfuz* suo fundo inhaerentem competentis actio instituitur. Obligatio vero, quae inter dominum fundi et cultores ratione praerogativae *derer Erb Hdlssuzhren* contrahitur, vel ad contractus innominatos, vel ad obligationes ex lege ortas referri, atque inde vel actio in factum vel conditio ex lege institui potest.

- 1) Eisenhardt de regal. metallif. iure Cap. IV. §. 6. 7. 8. Horn in iurisprudencia feudali. Cap. IX. §. 22. et sqq.
- 2) Hertwig Bergbuch sub voce *Muther*. §. 1.
- 3) In Iurispr. feudali Cap. IX. §. 23. et in tract. *von denen Landesherlichen Regalien bey Bergwerfen* §. 20.
- 4) Constit. Saxon. Elect. 25. Part. III.
- 5) Delineatio iuris Germanici Lib. II. Cap. IV. §. 23.
- 6) Eisenhardt cit. tract. Cap. IV. §. 9. 10. 11. 12. *Leiseri ius Geographicum* Lib. III. Cap. XXIV. n. 82.
- 7) Auctores citati locis dictis.
- 8) Iurispr. feudal. Cap. IX. §. 30. et in tract. cit. §. 30.

## MEMBRVM II.

### *De iuribus personalibus.*

#### §. VII.

Societas metallica gaudet in regula omnibus iuribus societatis et universitatis licitae in republica Cap. II. §. 1. fruitur vero tam iuribus cuilibet societati communibus, quam sibi propriis, de illis in hac de his sequenti paragra-  
pho. Iura cuilibet societati communia ex fundamento so-  
cietatis competunt exercitoribus metallifodinarum. 1) Be-

*de iuribus  
personalibus  
societatis me-  
tallicae, quae  
cuilibet socie-*



*rari et universitarii communitia sunt et quidem a) ex fundamento societatis.* tallici locum habet, 2) cultores metallifodinarum, qui quoad negotium suum metallicum inter se perfide agunt poenae infamiae sunt subiecti; 3) in reddendis rationibus quatenus illae de sua inita communione redduntur, assertis et iuramentis exercitoris fides habetur; 4) lucrum et damnum secundum numerum partium acquisitearum inter se dividunt.

*b) ex fundamento universitarii.*

Intuitu universitatis 1) videntur quidem exercitores facultate quoslibet officiales constituendi gaudere, quia autem exercitores metallifodinarum ob definitionem ex §. I. Cap. II. sunt legibus metallicis in cultura subiecti, inde solummodo minores officiales e. g. Rationalem *Schichtmeister* et scanforem *den Steiger*, 1) minime vero maiores *den Oberbergmeister*, *Berghauptmann*, *Amtsverwalter*, etc. constituunt, quia haec potestas pertinet ad principem ob regale metallifodinarum 2) certis administratoribus et procuratoribus communibus administrationem suorum negotiorum mandare possunt. 3)

Quaeritur vero an in constitutione horum procuratorum sint omnes solemnitates, nisi ordinationibus metallicis 4) et observantia aliud sit introductum necessariae, quae iure communi in constitutione procuratoris universitatis i. e. Syndici, requiruntur? quae quaestio sub his conditionibus mihi omnino affirmanda videtur, quia in dubio societati metallica omnia universitatis iura competunt. 3) Porro ex eodem fundamento possunt sigillo communi uti et statuta condere, quatenus haec omnia ordinationibus metallicis non sunt contraria, atque fini huius societatis non repugnant. 4) Possunt habere conventus ad deliberandum et communem utilitatem eo melius procurandam, 5) veruntamen conventiuncula sunt prohibita, 6) nec minus sicut alia universitas propter communes impensas faciendas possunt, uti communi aerario. 5) Queunt porro ut quaelibet universi-

versitas administratores suorum bonorum cogere ad rationes reddendas. 6) Sic etiam existimo beneficium restitutionis in integrum iis non esse denegandum. An vero exercitores metallifodinarum possint cogi ad commune commodum et in calamitate publica sicut alia universitas in statu aliquid conferre de eo merito dubito, quia cultores metallifodinarum multo magis commodis et praerogativis ad culturam fodinarum sunt eliciendi, nullo modo autem aliis oneribus atque incommodis et ipsa natura societatis suae et negotii non fluentibus subiiciendi.

1) Engau's elementa Iur. German. Lib. II. tit. XIII. Sect. II. §. 260.

2) Engau cit. loc. §. 254.

3) Hertwig Bergbuch et de Schoenberg Berg-Information sub voce Gewerken §. 4.

De Deputatis exercitorum metallifodinarum Mansfeldensium vide Rieflings gegründete Nachricht von dem Bergbau und Schmelzwerken der Grafschaft Mansfeld. p. 22.


4) In Saxonia Elect. per Mandat. vom 26sten August 1713. §. 2. C. A. II. p. 474. legitimatio tot exercitorum Gewerken, qui saltem septuaginta partes metallicas Ruxe possident proferri, vel pro reliquis de rato caveri debet.

5) Hertwigs Bergbuch sub voc. Gewerken §. 3.

6) Hertwig cit. loc. sub voc. conventiuncula.

### §. VIII.

Transgredior ad iura personalia societati metallica <sup>de iuribus personalibus societati metallica</sup> propria, quae iterum sunt vel favorabilia vel odiosa, favorabilibus sunt adnumeranda: 1) Exercitores fruuntur foro <sup>cae propriis et quidem a) de favorabilibus.</sup> privilegiato, inde sive sint personae singulae, sive mysticae et universitates ratione rei et causae e. g. si de fodinis, earum senio, limitibus, iure aut accessionibus et debitis fodinae nomine contractis quaeritur aut cum pars metallica creditori, actis praefecturae intervenientibus obligata, nomenve metallicum eine Bergschuld exigitur, aut denique pars me-



metallica vel arresto constringi tentatur, vel rei vindicatione petitur, forum metallicum agnoscere tenentur.<sup>1)</sup> 2) Partes metallicaearumque reditus et proventus neque tempore belli et pacis, immo contagionis ob vllum delictum confiscationi subiacent, nec ob debitum nemo iis privari potest, nisi ratione partium metallicarum sit contractum, quod indigne privilegium certe ut homines ad labores metallicos invitentur est introductum.<sup>2)</sup> 3) Executio non potest indistincte fieri in partibus membri societatis metallicaee, sed solummodo vel in subsidium si debitor partes metallicas illorumque fructus et proventus negligit, aut sit fugitivus ac creditor nullum aliud obiectum executionis potest assignare,<sup>3)</sup> vel nomen est ortum metallifodinae intuitu e. g. ob residuas symbolas *Zubuse* etc. aut hypotheca in partibus metallicis expresse a praefectura montana confirmata ac anti-grapho (*Gegenbuch*) sit inscripta.<sup>4)</sup> 4) Exercitores si testimonia litteratiora *Pässe* producant in emendis victibus ac rebus esculentis fruuntur immunitate accisae, vectigalis et reliquorum onerum nonnullis in locis metallicis, nisi lex provincialis vel observantia repugnat.<sup>5)</sup> 5) Porro nummi in conservationem metallifodinarum porrecti sunt immunes omnibus oneribus ac tributis.<sup>6)</sup> 6) Nec minus materialia ad metallifodinarum culturam necessaria sunt exempta omnibus vectigalibus, nempe *Land- und General Consumptions- Accise*, sicut etiam portorii *Geleite*, quo etiam in Saxonia Elector. gratuita lignorum largitio a principe concessa ad extruendas fodinas in compensationem culturae duarum partium metallicarum omnibus impensis solutarum *Holskure* est referenda.<sup>7)</sup> 7) Denique exercitores non possunt facile in cultura metallifodinarum ob privati commodum etiam non exiguum impediri atque retineri,<sup>8)</sup> quibus privilegii addere possis, ut ex observantia nonnullarum regionum



num metallicarum indirecte includantur, precibus ecclesiae publicis. 9)


Odiosis iuribus sunt adnumeranda, 1) ut cultores sub poena amissi iuris, dilatione legitime haud impetrata per nullum temporis spatium in ordinationibus metallicis definitum culturam fodinarum negligere possint. 10) Eidem poenae et metui amittendi ius in fodinis sunt expositi, si trimestrem recognitionem vel certam pecuniam singulis anni quadrantibus intuitu sympositorum Zechen non solvunt. 11)

3) Vltimo loco sub privatione partium metallicarum, i. e. Die Kure sind im Retardat verstanden, de quo infra ad symbolam indictam debito tempore praestandam sunt obligati. 12)

- 1) Leiseri Ius Georgicum. Lib. III. Cap. XXIV. n. 165. Engelbrecht tract. de iudiciis metallicis von Bergämtern und Bergrerichten Cap. II. §. 3.
- 2) Leiseri Ius Georgicum. Lib. III. Cap. XXIV. no. 119. Hertwig Bergbuch sub voce confiscatio, §. 1. et 2.
- 3) Ordin. Saxon. metallica art. 1. et 2.
- 4) Hertwig Bergbuch sub voce Hülfe §. 2. et 3. qui hanc materiam copiosius tractavit.
- 5) Hertwig cit. loc. sub voce privilegium §. 6. et sub voc. Victualien §. 1. in Saxonia Electorali gaudent civitates metallicaee immunitate dimidiae partis der Franksteuer-Landtags-Acta d. A. 1711. Cod. Aug. P. 1. pag. 370. et Bergwerks-Decret. Elect. Ioh. George II. den 6ten August 1659. no. 7. Cod. Aug. P. II. pag. 321.
- 6) Bergwerks-Decret Churfürst Ioh. George I. den 12ten May 1624. no. 9. Cod. Aug. P. II. pag. 286. Resol. Grav. 1661. tit. Rentschachen §. 48. Cod. Aug. P. 1. p. 281.
- 7) Resol. Regia 1709. no. 35. Cod. Aug. P. II. p. 389. et in diss. de partibus metallicis circa ligna Holzsure sub prael. Celeberrimi D. Eihnerth. Lipsiae, 1778.
- 8) Hertwig Bergbuch sub voc. privilegium §. 8.
- 9) e. g. in comitatu Mansfeldensi: seegne ingleichen unser edles Bergwerk und alle so demselben geneigt und dazu Beförderung thun.
- 10) Eisenhardt de regali iure metallifodinarum. Cap. V. §. 5. Leiseri Ius Georg. Lib. III. Cap. XXIV. no. 85.

D

11) Bau-



- 11) Baussen institut. iuris metallici Tit. II. Cap. VIII. §. 5. Eifenhardt cit. loc. §. 7. Leifer cit. loc. no. 86.  
 12) Eifenhardt cit. loc. §. 12. Leifer cit. loc. no. 109.

## MEMBRVM III.

*De iuribus realibus.**Seçtio I.**De iuribus in re.*

## §. IX.

Ius in re complectitur, ut constat ex iure communi quatuor vel quinque species, quas singulas pertractans iuribus societatis metallicae applicabo.

*de dominio  
exercitoribus  
competente.*

*dominium vo-  
lente domino  
acquiritur.*

*Singulare de  
donatione  
mortis causa.*

Dominium exercitoribus competens consistit in dominio utili, \*) quod partim ex definitione domini utilitatis, partim ex §. 4. Cap. II. apparet, quomodo illud acquiritur a principe territorii est iam explicatum in §. 4. Cap. II. A primis possessoribus potest dominium utile vel volente vel invito domino in alios transire, nec singularis traditionis actus est necessarius. \*\*) Consentiente domino aut inter vivos per omnes licitos contractus onerosos et gratuitos aut mortis causa transfertur dominium, quatenus unitas personae non est impedimentum. Quo loco imprimis in donatione mortis causa illud singulare est notandum, ut si quis sub reservatione usufructus durante vita partes metallicas alteri mortis causa donet, eiusque nomen in antigrafo extingui ac donatario partes metallicas sine vlla conditione adscribi curet, donatarius autem moritur ante donatorem, nec donator curam adhibet, ut partes metallicaee donatario adscriptae ante mortem suam in antigrafo (Gegenbuch) extinguantur, tunc donatarii nec donatoris haeredes pro culto-


cultoribus habentur. Sicut etiam si vivo donatore insinuatio actis metallicae praefecturae non est facta, tunc donatarius tenetur operam dare, ut intra quatuordecim dies post lapsum diei tricesimi donatio antigrapho inferatur.<sup>3)</sup> Veruntamen in omnibus eiusmodi translationibus dominii utilis iure metallica requiritur, ut a praefectura montana vel eius loco antigrapheo (*Gegenschreiber*) confirmatae in antigrapho (*Gegenbuch*) notentur<sup>4)</sup> et novo acquirenti scheda (*Gewehrschein*) tradatur,<sup>5)</sup> quia omnes exercitores in antigrapho non notati sunt numero cultorum metallifodinarum exempti, obiter de hoc antigrapho (*Gegenbuch*) est adnotandum illud praesumptionem iuris circa iustam acquisitionem et possessionem partis metallicae efficere.<sup>6)</sup>

Invito domino acquiritur dominium utile e. g. praescriptione cuius tempus in dubio respondet ordinario praescriptionis spatio iure communi vel provinciali constituto.<sup>7)</sup> Deinde rei vindicatio et actio publiciana ex dominio utili orientes possunt applicari, quamvis dominium plerumque ex antigrapho (*Gegenbuch*) statim clarescat. Quomodo hoc dominium amittitur de hac materia infra.

- 1) Baulßen Inst. iur. met. P. I. T. II. Cap. VI. §. I.
- 2) Horn tract. von *Gegenbuch* §. 49.
- 3) Hertwigs *Bergbuch* sub voce *Gegenbuch* §. 10. et II. de Schoenberg *Berg. Informat.* sub voce *Gegenschreiber* §. 22. 23.
- 4) Horn tract. von *Gegenbuch* §. 52. Baulßen cit. loc. P. I. Tit. II. Cap. VI. §. I.
- 5) Hertwig *Bergbuch* sub voc. *Gewehr* §. I.
- 6) Hertwig *Bergbuch* sub voc. *Gegenbuch* §. 5. Horn in tract. cit. §. 68. 69. 70. 71.
- 7) de differentiis circa tempus praescriptionis vid. Horn. cit. loc. §. 76. 77. 78.

## §. X.

Servitutes fere non competunt exercitoribus nisi fortasse hic ius in alieno fundo metalla investigandi atque ex illo



illo trahendi a legibus metallicis concessum referre velis, de quo iam in §. 6. Cap. II. est dictum. Inprimis vero quoad servitutes personales scilicet ususfructum illud adnotandum est, patrem quia proventus metallici in Saxonia electorali non adnumerantur fructibus <sup>1)</sup> esse obligatum post mortem uxoris perceptos redditus metallicos maternos intra minorennitatem liberorum vel ante tempus separatae oeconomiae, illis reddere, sibi vero licere solummodo ususfructum horum proventuum arrogare. <sup>2)</sup> In eo vero patri est indulgendum, quod regulariter non teneatur praestare cautionem. <sup>3)</sup>

1) Carpzov Part. III. Conf. 25. def. 5. n. 4.

2) Carpzov Part. III. Conf. 25. def. 5.

3) Carpzov Part. III. Conf. 25. def. 5. et Part. II. Conf. X. def. 9.

### §. XI.

*de iure hypo-*  
*thecae.*

*de tacitis hy-*  
*pothecis.*

*a) speciali-*  
*bus.*

*b) generali-*  
*bus.*

Cultores fruuntur porro iure hypothecae et quidem tacita vel expressa, generali aut speciali hypotheca. Gaudent vero hypotheca tacita speciali: 1) qui praevio consensu praefecturae montanae ac reliquorum sociorum metallicorum ad culturam fodinae continuandam pecuniam suppeditarunt. <sup>1)</sup> 2) Qui generatim pecuniam utilitati et commodo fodinae impensam porrexerunt. <sup>2)</sup>

Porro competit exercitoribus metallifodinarum generalis tacita hypotheca <sup>3)</sup> in omnibus debitoris bonis, inde etiam in eius partibus metallicis. Nolo autem hypothecas tacitas generales in compendiis iuris civilis propositas regulare. Illud solummodo ex axiomate iuris Saxonici electoralis, proventus metallici fructibus non adnumerantur, est adnotandum, uxores ut membra societatis metallicaee, obdurante matrimonio acceptos proventus, qui instar illatorum orto concursu ad substantiam mariti censentur post de-

tra-

tracionem factarum a marito symbolarum (Zubußen) gaudere tacita hypotheca in bonis mariti, ac si fortasse proven- tus in natura non adsint, tunc hypotheca mariti facultatibus inhaeret, et aestimatione possunt repeti. <sup>4)</sup>

Expressa hypotheca exercitoribus constituitur vel a ma-  
 gistratu, vel ab alio voluntario. A magistratu constituitur <sup>de expressis  
hypothecis.</sup>  
 per executionem a praefectura metallica factam, nec minus <sup>a) constitu-  
untur vel a  
magistratu.</sup>  
 per arrestum in partibus metallicis impetratum si debi-  
 tum sit metallicum vel a praefectura montana confirmatum  
 alias non. <sup>5)</sup> Voluntaria expressa hypotheca potest consti- <sup>b) vel ab alio  
voluntario.</sup>  
 tui vel pacto, vel ultima voluntate <sup>6)</sup> omnem vero hypo-  
 thecam actis praefecturae montanae ab antigrapheo Gegen-  
 schreiber insinuari oportere alias non habet vim legiti-  
 mam. <sup>7)</sup>

Porro in omnibus oppignoracionibus partium metalli-  
 carum ad cultores minorenes pertinentium sunt omnia re-  
 quisita necessaria, quae iure communi in alienatione bono-  
 rum pupillorum requiruntur, e. g. iusta causa, praevia co-  
 gnitio et decretum praefecturae montanae. <sup>8)</sup> Adhuc in  
 hypotheca partium metallicarum illud singulare est adden-  
 dum, ut hypothecarius iure metallico sit obligatus ad solu-  
 tionem symbolarum (Zubüße) et contributionem sub poe-  
 na retardatus (wenn die Theile nicht in Retardat verstanden  
 sollen) ac ipse quoque debitor ob amissas poena retardatus  
 partes metallicas ab hypothecario quamvis ille ius pigno-  
 ris iam amiserit, indemnis est praestandus, quod ab analo-  
 gia iuris communis fere aberrat, quia oppignatio non-  
 dum vera est alienatio et inde creditor ad onera ferenda  
 non est obligatus. <sup>9)</sup> In Saxoniam Electorali quoque sunt  
 onera, reo pendente lite in solvendis symbolis negligente,  
 sub poena retardatus ab actore solvenda. <sup>10)</sup>



- 1) Bauffen Inst. iur. metall. Tit. II. Cap. VI. §. 7. Hertwig Bergbuch sub voce Receß: Schuld §. 2.
- 2) Horn in tract. von stillschweigenden Unterpfaundt an Bergtheilen §. 9. in fine.
- 3) Nolo sub incudem revocare controversiam inter Iurisconsultos, an tacita generalis hypotheca in fodinis admitti possit, sed remitto le-ctores ad Hornii tractatum von stillschweigenden Unterpfaundt an Bergtheilen.
- 4) Bauffen cit. loc. Tit. II. Cap. VI. §. 7. et 12. Carpzov Part. III. Const. 25. def. 3. et 4.
- 5) Hertwig Bergbuch sub voce Arrest. §. 1. et 2. et seqq. Horn in tract. cit. §. 13. per ord. processus recog. Tit. LI. est arrestum plane sublatum.
- 6) Bauffen cit. loc. Tit. II. Cap. VI. §. 8.
- 7) Horn tract. von Gegenbuch §. 53. 54. et 55. Bauffen cit. loc. Eisenhardt tract. de regal. iure metallifodin. Cap. IV. §. XX.
- 8) Bauffen Inst. iur. metall. P. I. Tit. II. Cap. VI. §. 8.
- 9) Bauff. cit. loc. et Hertwig Bergbuch sub voce hypotheca §. 3.
- 10) Mandat. den 27. August 1713. §. 7. C. A. P. II. p. 474.

## §. XII.

*de iure haereditaris.*

Accedo quartae speciei iuris realis, haereditati. Exercitores possunt partes metallicas vel ab intestato in proximos haeredes vel per testamentum in extraneos transferre. In testamento membri societatis metallica omnes solemnitates iure civili et provinciali necessariae hic quoque requiruntur, in quarum repetitione oleum et operam perdere nolo. Si vero partes metallicae haeredibus ab intestato accrescunt, tunc quidem successio ordinaria, vel iure civili vel provinciali locum habet, simul autem quaestio nascitur, an partes metallicae iure rebus mobilibus aut immobilibus sint adnumerandae. In Saxonia Elect. cui decisioni authenticae etiam extra Saxoniam Electoralem est adscribendum, quia iura immobilibus inhaerentia pro immobilibus habentur sicut partes metallicae per constit. 25. Part. III. rebus immobilibus additae, inde sequitur, ne maritus ut haeres uxoris sit post mortem illius capax partium metallicarum, quia

quia iure Saxonico maritus ab intestato non succedit in bona uxoris immobilia. Proventus autem et redditus partium metallicarum uxoris durante matrimonio percepti, ut res mobiles ab intestato ad maritum pertinent, quia vir iure Saxonico est haeres mobilium bonorum uxoris. 2)

Porro ex axiomate proventus metallici fructibus non adnumerantur, sequitur, uxorem post obitum mariti proventus suarum partium metallicarum adhuc exstantes et consumptorum aestimationem ut illata lucrari, minime vero tanquam ad dominium mariti pertinentes haeredes illius percipere. 3) Quo loco illud singulare est notandum, haeredes extra Saxoniam electoralem in communiione permanentes nullo novo evictionis documento (*Gewehrschein*) propter partes metallicas egere, sicut durante illa communiione nulla haeredis pars in antigrapho extingui potest, post divisionem vero cuilibet haeredi incumbit obligatio curandi, ut intra tres menses partes suae sub iactura illarum antigrapho (*Gegenbuch*) inferantur. 4) Illud unicum ventilationi restat, an haeredes peregrini ob partes metallicas gaudeant immunitate iuris detractionis. Bauffen 5) immunitatem affirmavit, neque autem ullas leges vel rationes aut aliam auctoritatem allegavit. Ni fallor est exercitorum haeredibus hoc privilegium non denegandum et quidem deficientibus ordinationibus metallicis ex hoc fundamento generali, quia exercitores ad culturam metallifodinarum tanquam negotium dubium, incertum et periculosum beneficiis semper magis sunt invitandi et alliciendi, inde in dubio eorum privilegia et immunitates magis sunt extendendae, quam restringendae.

*An haeredes gaudeant immunitate iuris detractus.*

1) Bauffen Inst. Iur. metallici. Tit. II. Cap. VI. §. 12. et Carpzov. ad dict. Const. def. 1.

2) per citatos auctores apud Carpzov def. 2.

3) Bauffen.



- 3) Bauffen Inst. iur. metall. Tit. II. Cap. VI. §. II. et Carpov ad Const. 25. def. 3. et 4. quem recte taxat. Illust. Hommelius in Per-  
sineu- und Erbsonderungs-Register sub voc. Bergtheil.
- 4) Hertwig Bergbuch sub voce Erben §. 3. de Schoenberg Berg-  
formation sub voce Gegenschreiber §. 21. In Saxonia Electorali per  
Rescript. d. a. 1681. et d. a. 1738. in der Fort. C. A. I. p. 1346. et  
1371. oportet partes metallicas haeredum indigenarum intra sex  
menses, et peregrinorum intra annum antigrapho sub iactura illa-  
rum infirmari.
- 5) Inst. iur. metall. P. III. Cap. 9. §. 5. Novissime Lobethan Einlei-  
tung zum Bergwerks-Rechte. §. 34.

### §. XIII.

*de iure posses-  
sionis.*

Supereft quinta et quidem dubia species iuris realis. Ex-  
ercitores acquirunt possessionem veram vel potius quasi cum  
dominio utili, et quam primum antigrapho sunt inscripti,  
nec singularis actus apprehensionis et necessarius. Quam-  
vis Horn nonnullas allegaverit, e. g. descensio in fodinas,  
circumitio fodinarum, solutio symbolarum et acceptatio lu-  
crorum metallicorum vel alia gestio membri societatis me-  
tallicae. Acquisita possessio tribuit exercitoribus omnia iu-  
ra et privilegia possessionis, inde tam iudicem ad tuendam  
possessionem implorare, quam se ipsos in possessione vi ar-  
mata tueri possunt, nec iis utile interdictum uti possidentis,  
vel loco interdicti inhibitio potest denegari. Porro nemi-  
ni possidenti labore in fodinis interdicti potest usque contro-  
versia est decisa, \*) et quae sunt alia commoda possessionis,  
quibus nolo longius morari, quia ex ipsa possessione se-  
quuntur. Possessio amittitur iisdem modis, quotuplicibus  
contractus solvitur, de his infra.

\*) in tractatu von Gegenbuch §. 50. Bauffen Inst. iur. metall. Lib. I.  
Tit. II. Cap. VI, §. 14. et Hertwig Bergbuch sub voc. Possess. §. 1.



## Sectio II.

## De iuribus ad rem.

## §. XIV.

Pergo ad iura ad rem exercitoribus metallifodinarum competentia. Quoniam vero omnis obligatio vel lege vel facto oritur, atque illud factum vel est licitum, vel illicitum, inde primum pauca de obligationibus, quae societati quatenus est societas metallica ex lege, deinde ex facto licito, denique ob factum illicitum competunt, differam.

Lex autem aliquid simpliciter statuit, aut solummodo praesumit consensum adesse, inde ex lege simpliciter sunt cultores et quidem sub privatione partium metallicarum obligati ad culturam fodinarum continuandam, ad symbolam (Zubusse) praestandam, de quibus plura supra in fine §. 8. Eodem modo incumbit hypothecario creditori partium metallicarum, quia tunc instar cultoris est obligatio contribuendi symbolam (Zubusse), immo ob amissas poena retardatus partes metallicas est debitori ab illo indemnitas praestanda, de quo iam in §. II. in fine est actum. Praesumit lex consensum cultorum absentium, si cultores praesentes aliquid de cultura fodinae constituunt, quia absentes metallifodinarum cultores tanquam ex quasi contractu illud placitum approbare debent. <sup>1)</sup>


1) Bauffen Inst. iur. metall. Cap. X. §. 13.

## §. XV.

Obligaciones vero intuitu partium metallicarum ab exercitoribus tot diversis licitis factis contrahi possunt, quot iure civili traduntur, inde tantum illa negotia in quibus singularia occurrunt, proferam, alia lubenter omittam. Prae-

E

mo-



*De contractu  
emtionis ven-  
ditionis.*


monendum vero est omnes obligationes mutationem partium metallicarum continentes actis praefecturae montanae insinuari oportere, quod ex superioribus abunde constat. Primum exercitores se aliis contractu emtionis venditionis obligare possunt; 1) Emtio venditio partium metallicarum vero intra quatuor hebdomades actis metallicis sub poena nullitatis insinuari ac emtori schedula (*Gewehrschein*) ab anti-grapheo (*Gegenschreiber*) tradi debet, nisi iustum adfuerit impedimentum et praefecturae montanae tempestive sit relatum. 2) Deinde contractus emtionis venditionis partium metallicarum non potest propter laesionem enormem ex l. 2. C. de rescindenda emtione venditione rescindi, quia conditio fodinarum metallicarum subitaneis et improvisis mutationibus est obnoxia. 3) Porro in emtione venditione partium metallicarum non potest exerceri ius protimiseos aut retractus, ex iure communionis vel congrui, si cohaeres vel alter cui condominium partis metallicae competit, semissem vel aliam partem vult alienare. 4) Sicut vero res litigiosae, ut constat ex titulo ff. de litigiosis, et illae, quae non plane subsunt alienantis arbitrio et dispositioni, quo etiam referuntur partes metallicae minorum sine decreto magistratus partes metallicae foeminarum sine consensu curatorum, vel uxoris, perente marito partium alienationem, iam iure communi sunt alienationi incapaces, eodem modo res se habet iure metallico. 5) Deinde ut iure communi res cum suo onere et cum sua causa in emtorem transit, pari ex fundamento est venditor ad partes metallicas symbola praeterita (*Zubusse*) liberas praestandas emtori obligatus, inde emtor, si emtio venditio ante septimanam rationibus recipiendis destinata est perfecta, symbolam praestare debet, venditori autem incumbit obligatio conferendi symbolam (*Zubusse*) cum emtio venditio sit contracta post septi-

septimanam rationibus recipiendis destinata, eodem modo emtor et venditor proventus et reditus lucrantur.<sup>5)</sup> Porro si contractus emtionis venditionis annullatur et destruitur, tum emtori symbolae (*Zuſuſen*) interim ab illo collatae sunt compensandae et restituendae,<sup>6)</sup> quae omnia iam ex indole et natura contractus emtionis venditionis secundum ius commune sunt deriyanda, quibus igitur nolo longius morari.

In alienatione et emtione partium metallicarum possunt proxenetae adhiberi, qui audiunt *Kurfränzer*, de his est annotandum plerosque iuramento esse adstrictos saluberrime constitui, ut defraudationes eo melius possint coerceri, qui quoque tam indigenis quam peregrinis exercitoribus productionem instrumenti muneris sui gratia in casu necessitatis denegare nequeunt.<sup>7)</sup> Intuitu officii et iuramenti cum quolibet in commercio partium metallicarum sincere, minime gentium autem suspecte et fraudulentè agere, cuilibet verum pretium partium metallicarum indicare debent alias poenis legum metallicarum incurrunt.<sup>8)</sup> Cautelae ergo loco, ut fraudibus eo melius obuiam iri possit, in permultis legibus metallicis est praescriptum, ne anti-grammatei (*Gegenschreiber*) recipiant vel litteras resignatorias (*Abgewehr Zettel*) vel concessorias *Zugewehr Zettel* edant aut recipiant, nisi pretium partium metallicarum in illis sit expressum, quia tunc pretium partium metallicarum statim manifestatur.<sup>9)</sup> Cultores metallifodinarum nequeunt simpliciter vel omnibus fodinas locare. Iure Saxónico Electorali<sup>10)</sup> praefectis metallicis *Berg-Beamten* et rationalibus metallicis *Schichtmeistern* est locatio conductio partium metallicarum plane interdicta. Simpliciter symposia nemini nisi praevia praefecti *Berg-Hauptmanns* cognitione et singulari approbatione possunt locari, ne fodinae praecipitan-


*de proxenetis metallicis den Kurfränzern.*

*de locazione conductione fodinarum.*



cipitanter et inde in ruinam illarum colantur, quia conductor plerumque solummodo praesens minime futurum tempus respicit. Concessa vero locatione conductione conductorem oportere frugaliter colere fodinas, ne nimis tempestive destruantur, veruntamen potest conductor omne commodum ex fodinis conductis percipere, sin inprovisa et inevitabili calamitate detrimentum capiat, tunc inprimis si casus fortuiti sunt excepti, contractus locationis et conductionis non semper est continuandus.<sup>11)</sup> Singularis negotii vero das leihen und verborgen der Ruxe ab Eisenhardto et Leisero<sup>12)</sup> commemorati, cuius in ordinationibus metallicis altum silentium est, quia multa obscura et plane singularia in eo reperiuntur, nolo mentionem facere.

- 1) Hertwig Bergbuch sub voce Gewehr §. 2. et sub voc. Kauf §. 1.
- 2) Hertwig cit. loc. sub voce Kauf §. 3. et Eisenhardt de reg. metallifodinarum iure Cap. IV. §. 19.
- 3) Hertwig Bergbuch sub voce Kauf §. 6. Eisenhardt de regal. metallifod. iure Cap. IV. §. 19. Leiseri Ius Georg. Lib. III. Cap. XXIV. §. 94. in fine.
- 4) Hertwig cit. loc. sub voce Kauf §. 4. Horn in tract. von Gegenbuch §. 57. 58. 59. et 60.
- 5) Hertwig cit. loc. §. 9. 10. 11. Eisenhardt tract. cit. Cap. IV. §. 19. Leiseri Ius Georgicum Lib. III. Cap. XXIV. §. 95.
- 6) Hertwig cit. loc. §. 8.
- 7) Hertwig Bergbuch sub voce Rurfränker §. 1. et 8.
- 8) Hertwig cit. loc. §. 5. 6.
- 9) Hertwig cit. loc. §. 7. Leiseri Ius Georgicum Lib. III. Cap. XXIV. §. 113.
- 10) Hertwig Bergbuch sub voce Wacht §. 5. et Resolut. grav. de anno 1709. §. 22.
- 11) Hertwig cit. loc. §. 1. 2. 3. 4. et Schoenberg Berg-Information sub voce Bergmeister §. 66. 67.
- 12) in Tract. de regali metallifodinarum iure Cap. IV. §. 21. et in iure Georgico Lib. III. Cap. XXIV. §. 97. Titius in diss. de iure metallorum, §. 36.



## §. XVI.

Restant adhuc obligationes ex facto illicito, hic vero non sunt enumerandae, quas cultores metallifodinarum ut membra cuiuslibet civitatis, sed quatenus societatis metallica subeunt, his vero factis illicitis vel certa vel incerta et extraordinaria poena imminet, extraordinaria poena adest.

*de obligatio-  
nibus ex fa-  
ctis illicitis.*

1) Si cultores fodinam non colunt secundum leges metallicas, eodem modo reliqui cultores facti iniqui confcii nec contradicentes poenam delicti ut autores luere debent. 1)

*a) quibus vel  
imminet in-  
certa et extra-  
ordinaria poe-  
na.*

2) Si decimam partem reddituum domino territoriali non tradunt. 3) Si per culturam suarum fodinarum vel illis, quos antea ad negotium metallicum induxerunt, vel aliis damnum inferunt, et quae sunt alia eiusmodi facta illicita. 2)

Certa poena et quidem privatio partium metallicarum est

*b) vel certa.*

1) Si per temporis spatium ordinatione metallica constitutum opus metalli intermittitur. 3)

2) Si fatale investiturae negligitur. 4)

3) Si trimestris recognitio per novem menses negligitur. 5)

4) Si mora in solvendis impensis committitur. 6)

5) Denique si hypothecarius propter partes metallicas, in quibus ei hypotheca est constituta symbolam non solvit. 7)

1) Bauffen Inst. Iur. metal. Part. I. Cap. X. §. 12.

2) Bauffen cit. loc. P. I. Cap. VII. §. 10. et 13. n. 3. Horn tract. voss Gegenbuch §. 82.

3) Eisenhardt de regali iure metallifod. Cap. V. §. 5.

4) Bauffen Inst. Iur. metallici P. I. Cap. VIII. §. 5. et Cap. V. §. 1.

5) Eisenhardt cit. loc. Cap. V. §. 7. Bauffen cit. loc. Cap. VIII. §. 5.

6) Eisenhardt de regali iure metallifod. Cap. V. §. 12.

7) Hertwig Bergbuch sub voce hypotheca. §. 3.



## MEMBRUM IV.

*De actionibus, quae metallifodinarum cultoribus competunt, et quomodo ille contractus solvitur.*

## §. XVII.

*de actionibus,  
quae metalli-  
fodinarum  
competunt.*

Cultores metallifodinarum *Gewerken* possunt iisdem actionibus ius suum persequi, quae iure civili adhibentur, inde tam actiones petitoriae quam possessoriae reales et personales, <sup>1)</sup> universales et singulares instituuntur, quibus igitur nolo longius morari, quia omnia iam cum iure communi conveniunt, nec singularia iure metallico constituta adsunt. Modus procedendi in rebus metallicis vero est summarius de simplici et plano. <sup>2)</sup>

- 1) Quo actio doli et ex Syndicatu nec minus actio in factum ex lege Aquilia vel conditio ex lege metallica contra antigrapheum (*Gegenschreiber* vel alios ad indemnitate praestandam referri possunt.
- 2) In Saxoniam Elector. mandat. d. 26. Augusti 1713. modum procedendi in rebus metallicis fufius tractat,

## §. XVIII.

*Quibus modis  
societas me-  
tallica Ge-  
werkschaft  
solvitur, et  
quidem*

1) necessitate.

a) absolute  
necessario.

b) hypothetice  
necessario.

Societas metallica vel necessitate vel negligentia solvitur, ac sicut absoluta vel hypothetica necessitas adest, inde vel absolute vel hypothetice necessario finitur societas metallica. Absolute necessario solvitur societas 1) si fodinae terrae motu destruuntur, 2) si tanta affluentis aquae multitudo adfit, ut nullo modo possit derivari, 3) si substructiones labefactae conciderint, et quae sunt alia quorum mentio fit ab Eisenhardto. <sup>1)</sup> In his vero casibus fortuitis conceduntur exercitoribus induciae, ne omne ius ob omisam culturam amittant, quia opere ad tempus cessante propositum tamen operis continuandi durat <sup>2)</sup> hypothetice necessario solvitur societas metallica, quando sumtus fodinarum sint immensi, nec ulla spes emolumenti adfulgeat generatim

si

si plus detrimenti quam commodi ex cultura metallifodinarum capiatur, quia fodinae tunc plerumque denique negliguntur. Negligentia perdunt focii metallici ius colendi fodinas 1) si fatale investiturae et confirmationis quod comprehendit quatuordecim dies §. 4. post petitionem *der Muthung* negligitur. 2) Si per temporis spatium ordinatione metallica constitutum cultura metallifodinae negligitur, nec dilatio legitime sit impetrata. 3) Si trimestris recognitio domino territoriali debita per novem vel secundum alias ordinationes metallicas duodecim menses negligitur, deinde cuilibet spatio trium mensium, quo recognitio non solvitur, certa constituitur poena, quae iterum, secundum ordinationes metallicas variat, et complectitur vel quinque vel decem, atque ob secundum spatium trimestre viginti florenes *Gulden*. 4) Si exercitores symbolam constituto tempore non solvunt, tunc poena retardati adest, *die Rure sind im Retardat verstanden*. Inde extranei partium metallicarum domini saluberrime constituunt mandatarium *Verleger*, qui ipsis absentibus statim tempore solvit expensas, ne partes in commissum cadant, vel praescriptione amittantur, quia dura retardati poena idcirco est statuta, ne cultores ex mora aliorum capiant detrimentum, alii autem eo magis ad impensas ferendas excitentur. 5) Denique in genere 5) si cultores non tractant, culturam fodinarum ex praeceptis et consuetudinibus metallicis receptis, quae actui contrario poenam amittendi imponunt. 6)

His vero casibus, quibus metallifodina ob omissionem aut culturae aut recognitionis amittitur, priores focii adhuc certis sub conditionibus, in novam societatem admittendi sunt, scilicet si prima aut secunda vice fodina in libertatem montanem se receperit, atque cultores impensarum portionem, quam adhuc debent intra certum tempus solverint, sin  
 tercia


AK II K 2604

tertia vice fodina sit amissa, tunc admissio priorum socio-  
rum locum non habet. 7) Inde est consilii, novos socios  
metallicos, statim post confirmationem litteras, quibus fo-  
dina est consignata et impensae solutae sunt indicatae, pu-  
blice affigere, ut priores focii adhuc cupientes, si symbola  
post 4 septimanas affixae schedulae est soluta culturam me-  
tallifodinarum simul continuare possint. 8) Quando autem  
fodina iam per annum et diem non fuit culta, die Zeche hat  
Jahr und Tag im Freyen gelegen, tunc priores focii nullo  
modo sunt admittendi nec ulla schedulae affixio est necessa-  
ria. 9) Haec sunt, quae tibi benevole lector de materia ex-  
ercitorum metallifodinarum trado. Ignoscas mihi si vel  
nonnulla omissa vel non satis accurate sint dicta et ela-  
borata.

- 1) in tractatu de regali iure metallifodinarum, Cap. V. §. 10.
- 2) Eisenhardt cit. loc.
- 3) Hertwig Bergbuch sub voc. bestätigen §. 15.
- 4) Hertwig cit loc. sub voc. Quatember-Geld §. 8. 9.
- 5) Eisenhardt de reg. iure metall. Cap. V. §. 13. Hertwig Bergbuch  
sub voc. Factor §. 2.
- 6) Bauffen Institutiones iuris metallici P. I. Cap. VIII. §. 5.
- 7) Eisenhardt cit. loc. Cap. V. §. 11.
- 8) Hertwig Bergbuch sub voce Anschlag, §. 1.
- 9) Hertwig cit. loc. §. 3.







B.I.G.

Farbkarte #13

*B. N. 15, 218.*  
*h. 62, 8.*

X 24 00126

II k  
2604

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA

DE

ORIGINE AC IVRIBVS  
SOCIETATIS METALLICAE

Gewerckschaft

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

PRO SVMMIS

IN VTROQVE IURE HONORIBVS

OBTINENDIS

DIE XXIV. SEPTEMR. A. MDCCLXXVIII.

PVBLCO ERVDITORVM EXAMINI

SVBMITTIT

GOTTLOB FRIDERICVS SCHMIDT

ADVOCAT. IMMATICVL.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHANSII

